Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

apostolorũ petri dedicata. australi in abside.
ubi plurima per illũ mirabilia ingiter opat²
dei iitus et dei sapiencia. que cum patre et
spũ scõ viuit et dnat² p ĩfinita secla seclorũ amẽ.

Sequunt² miracula post eius tumulatio
nem circa ipius sepulchrum glose patrata.

Et multis mirabilibus que dei clemẽ
cia per suũ fidelem famulũ ostendit.
pauca que nobis videndo cognita sũt
perstringimus/ ut fideles ammentur
et corroborent². infideles vo conuitant² et me
liorent² Posito itaq reuerenter ut decebat
in ecclia sacro corpore/ multi quotidie uenie
bant. et secũdũ q vnicuiq copia erat/ obla
tiones deferebant ad sanctũ. quas quidam
nomine huzo/ stimulo sathane incitatus.
ad furandum nocte per fenestram intrauit
Cunq super sepulchrum viri dei staret/ et
ea que ad laudem sancti suspensa pendebat
diriperet. ut dudum mentem humanam/
ita demum faciem amisit et caninam acce
pit. et pro uerbis latratum ut canis fudit
Quem cũ edituus regrediens latrantẽ
in ecclia audisset/ expauit. et non audẽs acce
dere donec clues ville vocaret. eorũq congre
gatione confortatus/ ostium aperuit et in
trauit ⁊ ignorantibus aliis ceteris quid esset.